

Macis,	}	ana scrupulos quatuor.
Galangæ,		
Cinnamomi,		
Foliorum Rutæ,		
Seminis Fœniculi,		
Anisi,		
Dauci Cretici,		

Diacrydii, drachmas sex.

Mellis despumati, . . . libram unam & semis.

Fiat Electuarium secundum artem.

Humores pituitosos expurgat; in stomachi dolore, à copia humorum excitato convenit; hydropicorum aquas educit, & menstrua movet.

Dosis à drachmis duabus ad drachmas sex.

CAPUT IV.

DE ELECTUARIIS SOLIDIS, SEU TABELLIS.

Electuarium Solidum, seu Tabellæ duobus in Officinis præparantur modis, videlicet, cum igne, & sine igne, cum igne Saccharum decoquitur ad solidam consistentiam, tunc extra ignem pulveres miscentur, & in tabulam marmoream, Oleo Amygdalarum inunctam effunditur, & fiunt Tabellæ diversæ magnitudinis, & figuræ.

Sine igne, cum Saccharo albissimo subtiliter pulverato, & aliis simplicibus idoneis in pulverem redactis, benèque permistis, cum Glutine Tragacanthi fit massa, ex aqua Pastillæ, sive Rotulæ parantur, & in umbra siccantur.

TABELLÆ DE ALTHÆA.

R. Pulpæ Radicum Althææ, . . . libram unam.
 Sacchari albi, libras duas.
 Aquæ simplicis, uncias sex.

Clarifica, & coque ad Electuarii solidi consistentiam,
 misceatur pulpa, & fiant Tabellæ secundum artem.

Ad demulcendum in Catarrhibus tenuibus, & acris
 bus proficiunt.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam.

TABELLÆ EX SUCCO FLORUM VIOLARUM.

R. Succi Florum Violarum, . . . uncias sex.
 Sacchari albissimi pulverati, libras duas & semis.
 Coquantur igne lento ad Electuarii solidi consistentiam,
 & fiant Tabellæ secundum artem.

Fauces, & pectus leniunt; gutturis asperitati medentur.

Dosis à semiuncia ad unciam unam.

TABELLÆ ROSARUM, SEU SACCHARUM ROSATUM

TABULATUM.

R. Rosarum Rubrarum demptis unguibus, drachmas sex.
 Aquæ Rosarum odoratissimæ, . . uncias sex.
 Fiat infusio, & levis ebullitio secundum artem, postea
 à coletur, atque exprimatur, colaturæ adde

Succi Rosarum Rubrarum, . . . uncias tres.

Sacchari albi pulverisati, libram unam & semis.

Formentur Tabellæ lege artis, addendo extra ignem Coccinelæ pulveratæ semidrachmam.

Nota, Coccinellam addimus, non tantum ratione virtutis, quantum ratione decoris.

Pectorales sunt, in tussi, & thoracis affectibus profunt.

Nu

TABELLÆ MANNÆ, SEU MANNA TABULATA.

R. Mannæ electæ, uncias tres.
 Aquæ Tussilaginis, uncias sex.
 Dissolvatur Manna, coletur, & cum
 Sacchari albissimi in pulverem,
 libra una & semis.

Fiant Tabellæ secundum artem ad usum servandæ.
 Ad idem valent, & phlegma crassum, viscidumque
 per anacatharsim movent.

*Dosis Tabellarum Pectoralium est drachma una, quæ ore
 excepta, salivaque soluta in pectus sensim delabitur.*

TABELLÆ MANUS CHRISTI, SEU PERLATÆ.

R. Sacchari albissimi pulverati, . . . libram unam.
 Margaritarum Orientalium præparatarum, . . .
 unciam semis.

Misce, & cum sufficienti quantitate mucaginis Gum-
 mi Tragacanthi aqua Rosarum extractæ, fiat massa, ex
 qua formentur Tabellæ secundum artem.

Absorbentes, & fortificantes sunt.

Dosis à drachma una ad unciam semis.

TABELLÆ MECHOACANNÆ.

R. Pulveris Mechoacannæ, uncias tres.
 Jalappæ, unciam unam.
 Sacchari albi in pulverem subtilem redacti, . .
 libras duas.

Misceantur exactè, & cum glutine Tragacanthi fiat
 massa, de qua formentur Tabellæ secundum artem.

Ad humores biliosos, & serosos expurgandos usur-
 pantur.

Dosis à semiuncia ad unciam unam.